Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29365
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

quas passi sut filij pro pctis
suis et a quibus penitentia
ducti liberati sunt per duo
decim iudices sibi succe
dentes. Due prime tanguntur
in hoc capitulo. tercia in capitulo
quarto. quarta in capitulo vi. sexta in capitulo
x. quinta in capitulo ix. septima
in capitulo xiii. Presens autem
capitulum dividitur in duas
partes secundum duas tribulatio
nes que in eo tanguntur. secunda
ibi addiderunt. Circa primum
primum ponitur ad predicta con
tinentia. secundo describitur
prima tribulatio ibi Itaque filij
israhel. In fine precedentis ca
pituli dicitur quod deus dimisit
gentes inter filios israhel ut ex
periretur eorum obedientiam et in
obedientiam. Et ideo in principio
huius capituli per modum
continuationis ad predicta o
stenditur que fuerunt ille gen
tes cum dicitur Hee sunt gentes
scilicet que postea nominantur
quas dominus reliquit ut eru
diret in eis israhelem scilicet quantum
tum ad artem preliandi ne fi
erent ignaui ex dissuetudine car
morum. Ista enim fuit una
causa inter alias quare di
misse sunt iste gentes ut dic
tum fuit iosue xiii capitulo
Quinque satrapas philistinorum
id est regulos vel principes
secundum numerum quinque civitatum
principalium scilicet azoti geth
gaza. asthalon acharon. et
dicuntur satrape quasi satis
parati vel satis sapientes
Cetera patent ex dictis. Itaque
filij israhel habitaverunt consequenter

describitur tribulatio prima
que fuit per regem syrie
Circa quam primo describitur
filiorum israhel culpa cum dicitur
Duxerunt uxores filias eorum
etc. quod erat eis inhi
bitum deuteronomii vii et fiu
erunt dijs eorum quia viri et
sapientes trahuntur aliquando
ad ydolatriam per mulieres ut
dicitur de salomone iij Reg. v
Secundo subditur pena inflic
ta cum dicitur Iratusque dominus
contra israhel tradidit eos
in manus cusanrathaym
regis mesopotamie est
civitas syrie et tunc erat
metropolis huius regni et
mesopotamia a meso quod
est medium et potamos
quod est fluvius quia erat in
medio duorum fluminum. Ista
tamen interpretatio est secundum ydioma
grecum. In hebreo enim habetur
aram fluviorum et clama
verunt ad dominum vexati et ni
mis afflicti. Tercio subditur
sublevans mina cum dicitur Qui
suscitavit eis salvatorem
etc. et patet littera usque ibi.
Quievitque terra quadraginta
annis. In istis tamen quadragin
ta annis includuntur octo
anni afflictionis aliter non
haberetur certus numerus annorum
fundationis templi per sa
lomonem prout describitur
iij Reg. vi quia tempus ibi
determinatum deputatur pro tempora
iudicum et regum qui fuerunt
usque ad tempus istud prout